



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

1. Falsificatio quid sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Caput IX.

De Falsificatione literarum, & monetae.

Synopsis.

I. *Quid sit falsificatio.*

II. *Falsificatio monetae.*

I. Falsificatio generatum considerata sub se comprehendit non tantum fabricationes falsarum literarum, & supplicationum, sed etiam mutationes quascunque, rationes, correctiones, cancellaciones, ut sensus alienus exprimatur à mente, v. g. Pontificis, aut Episcopi. [A] Sic casum reseruatum incidit, qui litteras in re graui, mutatoque sensu, nomine, Episcopi Constantiensis, tanquam Ordinarii (non tanquam Princpis.

pis Imperii) aut eiusdem in Ecclesiasticis causis Curiæ, seu Officium expeditas falsificant [B]

[A] Sayr. l. 3. Thesauri. t. 10.
num 10. vide Cap. Ad falsario-
rum l. 5. Decret. tit. 20 [B] Sta-
tuta Synod. cit.

II. Falsificatio monetæ illa
censetur. I. quæ cuditur ab eo, qui
non habet autoritatem, autoritas
enim Reipublicæ vel Principis vi-
res nummis tribuit. I. I. quæ ex ad-
ulterina materia fit, thaleri, v. g. è
stanno, cupro, vitro, etiam si ab iis
cudatur, qui alioqui potestatem
cudendi nummos habent. III. Si
caret formâ à lege vel Principe sta-
tuta. IV. Si non legitimum pon-
dus haber. Huiusmodi monetæ
falsificatio est crimen læse Maie-
statis, si nimirum iustum pondus,
aut legitima autoritas, materia,
aut signum absit. Vide Conarr. in fine
Tom. I. c. 8. de falsa moneta eiusq; pœna.

K. 5

Qui